riam et integram omnium premissorum in presenti

inscriptione contentorum edemptionem. Hac sua persona
li relatione ad premissa debitae. Quam nos eatam
et gratam habentes ad acta presentia suscipi, et ys in
sem mandamus. Actum et Datum Petrauie Feria
tertia ante Festum Exaltationis S.ae Crucis Anno
Dñi M D C x x viii Regnor.m &c.

Relatio vt supra.

Egnosus Jacobus Maximilianus Fredro
Dapifer Terre Leopolien. Lpltus inscribit

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens per v.p.
sonaliter coram Aciis Cancellaria nostra Maiestatis
Egnosi Jacobus Maximilianus de Pleszowice Fredro
Dapifer Terre Leopoliensis et Secretarius noster fa-
nis mente et corpore existens, à Terris Districtibus
Palatinatibus foro iure iurisdictione q sua quauis
propria et competenti recedendo, hanc autem nostra
quoad actum presentem spectat, se cum Successoribus ac
bonis suis omnibus incorporando et subiiciendo pala-
publice libere expressis recognouit verbis. Quia ipse
Generosum et Nobiles Albertum Domaracki Kotari-
um Casbrensem Zydaczoviensem, Jacobum Rudnicki
Petrum Zalerki, Stanislaum Boianowski, Stanislaum

Pegoborski, et Joannem Kietyxa, in suos veros et legiti-
mos plenipotentes ad promouendam et continuandam cau
sam sadm per se recognoscentem, Nobili
nicki, ratione exemptionis bonorum Villæ Turza, et ad-
uocatiæ si qua ibidem existit, ipsi à nobis iure dotali
benignè collatæ instituam inscribit constituit et ordi-
nat. Dans et concedens plenam facultatem et omi-
nodam potestatem eisdem plenipotentibus, tàm coniun
ctim, quàm cuilibet eorum seorsim causam prædictam
suam, in omni iudicio et officio Regni promouendi de-
fendendi, continuandi, et ad debitum finem exequatio
nemq deducendi. Promittens et inscribens sese id
totum quicquid per eosdem Plenipotentes factum con-
stitutumq fuerit, pro rato et grato suscepturum, non
secus ac si ipsemet præmissa ageret, agereq posset.
Aut sua personali recognitione ad præmissa nedi-
cta. Quam nos rebus et gratas habentes ad
Acta præsentia suscipiet et ex iisdem extradi manda
uimus. In cuius rei fidem &c. Actum et Dat
Varsauiæ Feriâ Sexta post Festum Sancti Franci
sci Confessoris proxima Anno Dñi M D CXCIX
Regnor[m] &c.

Relatus ut supra

Nobilis Zuzanna de Cosnow Warszawi-
cka fratres suos ratione dotis de bonis
paternis et maternis quietat.

Sigismundus &c. Significamus & quos posterea: quod die hodierna Generosum Jacobum Maximilia-
num Fredro de Plezowice Secretarium nunc ad perso-
Nobilis Susanna de Czosnow, Nobilis Nicolai War:
szawicki Comitis legitima, olim Joannis Andreæ Comes
ski Tribuni Liuensis filia, in domo seu lapidea
Spectabilis Catherina Lossowa Vidua relicta, in le:
cto agritudinis decumbēs, inhoreido legibus Regn
& consuetudinis Regni nostri, ad nos accedens, certas inscriptiones deputatenus.
Ipsa Secretarius noster, dediens, et cathenem deputa:
bonis suo cedens, coram nobis et fidis Cancellaria
nostra Maioris retulit; Ipsam, licet corpore egram,
mente tamen sanam, à tertis, Dubitantibus, Palatinat:
bus, foro, iure, iurisdictione q suâ quauis propria et con
petenti cedendo, huic autem nostre, quoad actum
presentem spectat, sese cum successoribus ac bonis suis

omnibus encorporando, et subijciendo palàm, liberè, expressisq verbis cum personali assistentia et consensu dicti Dñi Nicolai Warszawicki mariti sui, recognouisse. Quòd ipsa à Generosis Nicolao, Thoma, Ioanne, Samuele, et Hieronymo, Stanislao Czosnowskis, fratribus suis germanis, accepta sufficienti satisfactione ex bonis paternis et maternis, tàtoràe dotis, se exdictis bonis concernentis, tàm et paraphernalorum; tàm exnunc dictis bonis omnibus, paternis et maternis, mobilibus et immobilibus, hereditarijs, et obligatorijs, summisq quibusuis pecuniarijs, se post parentes suos concernen, et sibi debitis, abrenunciat, perpetuò, eisdemq memoratis fratribus suis, eorumq successoribus, de prædictis bonis, paternis, et maternis, mobilibus, et immobilibus, summisq quibusuis pecuniarijs abvedit, eosdemq cum personali consensu, et assistentia mariti sui, quietat et liberos facit. Insuper Inscriptionem Cisbergen Varsauiensem per olim Generosum Andream Czosnowski Tribunum Liwensem, Parentem suum, sibi recognoscenti superstitem quatuor millium florenorum polonicalium, ratione dotis facta et recognita, eidemq omnia contenta, quæ cumq ex ea diuisionis, ratione eiusdem dotis, per olim parentem suum, sibi recognoscenti sunt assignata, sesedq

concernentia cassat, annihilat, et mortificat, nullamq;
amplius dolem, in bonis tam paternis, quam maternis
ubi lederi, eamq; se velle repetere delleret. Hac sua
personali recognitione de premissa mediante. Quam
nos eatam et gratam habentes, de ea praesentis fussi
fi, et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei
fidem &c. Actum et Dat Varsauiæ, Sabbatho
post festum Sancti Francisci Confessoris proxime.
Anno Dñi M D C X X VIII Regnor &c.

Relatio ut supra

Eadem Nobilis cum assistentiâ proximor
Ensium Warszawiensi maritum Suum de Li:
ma Vorde cum militum flor Polon quietat

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod s. m.
poste Iquam die Lodiensi, Generosum Iacobum Ma
ximilianum de Plezowice Fredro Secretarium nun
ad petitionem Nobilis Suzannæ de Cosnow Nobi
lis Nicolai Warszawicki, Consortis legitimæ olim
Generosi Andreæ Cosnowski Tribuni Lucensis
Filiæ ex domo seu lapidea Spectabilis Catherinæ

Domina relicta Vidua, in lecto egritudinis decumbēs inhe
rendo legibus Regni, do suscipiendas ab ea certas in
scriptiones deputassemus. Isidem Secretarius noster red
ens, et relationem deputationis sue reddens, coram nobis
et Actis Cancellarie nostre Muris retulit, Ipsam
quidem licet corpore egram, mente tamen sanam, à cunc
Dissidentibus, Palatinatibus, foro, iure, iurisdictione q
sua quauis proprio et competenti recedendo, huic autem
nostre, quoad actum presentem spectat, sese cum succes
sibus et bonis suis omnibus incorporando et subijiendo
palam libere, expressis verbis, cum personali assistentia
et consensu dicti Spectabilis Nicolai Warszawicki mariti
sui recognouisse. Qua ipsa cum assistentia Gene
rosorum Nicolai et Hieronymi Czosnowskich Fratrum
suorum germanorum do in scripta consentientium
Insum Nicolaum Warszawicki, maneum suum de
summa Sexcentorum nihilum florenorum polonicalium
monete et numeri in Regno currentis, sibi recogno
scenti, per dictum meritum suum, coram actis quibusuis
Varsauiensibus, modo simplicis, veri, et liquidi debiti,
et alio quouis titulo inscripti, et eam persolutam, quie
tat, liberum et absolutum fatit, temporibus perpetuis

eandem[q] inscriptionem, et eius omnia contenta, et liga-
menta, cassat, annihilat, et nullificat perpetuo. Hac
sua personali recognitione de premissis mediante. Quam
nos eatam et gratam habentes de certa prosentia nostri
pri, et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei fi-
dem &c. Actum et Datum Varsauie Vigilie So
post Festum Sanct Francisci Confessoris proximo
Anno Dñi M D Lxxxviii Regnor &c.

Relatio ut supra

Gnoski Cosnowscij Gnesn Warsza:
vicedi de certa Submissione quie:
fact.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparen: r. u.
tes personaliter coram nobis Cancellaria nostra Maie-
tis, Terentius Nicolaus et Hieronymus Cosnowscy olim
Terentii Andree Cosnowski Tribuni Lincensis Filij
suis et Terentiorum fratrum suorum, quicunq[ue] in sub
missione Castrensi Camerensi Masouie, in feriis nomi
nata, specificat extant, nominibus, pacem ab eisdem
fratribus suis in forma plenissima, sub cedio infra
scripto cauendo, sani mente et corpore existentes, à terris

Districtibus, Palatinatibus, foro, iure, iurisdictione q̃ sua quauis propria et competenti cedendo, huic autem nostre, quoad actum presentem spectat, se se cum successoribus ac bonis suis omnibus incorporando et subijciendo, palàm libere, expressisq̃ verbis renunciauerunt verbis. Quia ipsi suis et eorundem fratrum suorum, ibidem constitutorum nominibus, pro quibus pacem cauent, se se q̃ de bonis suis omnibus insimbunt, Generosum Nicolaum Wierzawicki, de submissione Astrensi Camenecensi, per ipsum actione statuenda sororis sue Dñe Suzanne Czernowska sororis ipsorum, ad faciendam renunciationem de bonis paternis et maternis, factam, cedioq̃ ibidem oppositis, omnibusq̃ ligamentis, ex quo eam eidem submissioni satisfactum est, et renunciatio die hodierna coram Actis Cancellarie Regni Maioris stetit, quietat emittunt, et liberum faciunt, inscriptionemq̃ eandem submissionis, eiusdemq̃ literam inclitorum Statorum polonicalium, in eadem submissione appontam, cassant, annihilant, et nonnullificant, pacem à ceteris fratribus cauent, se se q̃ de bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus, summisq̃ quibusuis pecuniarijs, suis cum successoribus inscribunt et obligant, pro fratribus suis, in dicta

inscriptione specificatis, quod eandem quietationem pro
cato et grato habituri sunt, idq; sub vadio decem millium florenorum Polonicalium, monete et numeri cur:
rentis. Pro quo citati, extunc recessu suprascripto me
diante, coram officio Castrensi Cracouiensi peremptorie
respondere tenebuntur. Primum terminum, et alios omnes
dilationibus generaliter omnibus euasionibus, appella
tionibus, et earum prosequutionibus, impedimentis le:
galibus, alijsq; quibuscunq; iuris beneficijs et defensis non
differendo, imo eisdem renunciando, ac inscriptioni pre
senti vadio soluto, quoties opus fuerit in toto satisfa
cere se et suam posteritatem obligando et onerando.
Hac sua personali recognitione de premissa mediante
Cum nos eatam et gratam habentes de Acta
presentia suscipi et ex eisdem extradi mandauimus
In cuius rei fidem &c. Actum et Datum
Cracouia Sabbatho post Festum Sancti Francii
sci Confessoris proximo Anno Domini MDC.
xxviii Regnor nostrorum Polonie xxxxii
Sueue vero xxxii Anno

Rcho vt supra.

Ego Nicolaus Warszawicki Cast.

Sub Lotem viscubit.

s. w. Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens personaliter coram Actis Cancellariæ nostræ Regiis Generosus Nicolaus Warszawicki, sanus mente et corpore existens, à terris, districtibus, Palatinatibus, foro, iure iurisdictioneq; sua quavis propria et competenti cedendo, huic autem nostræ, quod actum præsentem spectat cum successoribus, ac bonis omnibus incorporando et subjiciendo, palàm liberè, expressisq; verbis. Quia ipse Generosus Casimirus Warszawski filius olim Generosi Andreæ Czosnowski, Tribuni Terræ Livensis, Consorti suæ legitimæ, cum medietate omnium et singulorum bonorum suorum hereditariorum, et obligatoriorum, mobilium, ac immobilium, ac alio quovis titulo, iure, ac præsertim, de quibus concernentium, habitorum ac habendorum, summarumq; quarumvis pecuniarum, inscriptarum, et inscribendarum, auro, argento clenodijs, pecoribus, pecudibus, equirea, et id genus alijs

his similibus, nec non in totali Curia, excaq; in qua ad presens resi
det, et posthac ipsum residere contigerit, summam octo millium flo:
renorum polonicalium, monete et numeri in Regno currentis, quem
libet florenum, triginta octo grossis computan, cõne dotis, post ea
recepta et realiter tam in parata pecunia, quam in auro, argento
et clenodijs lenatam; et alia octo millia florenorum polonicalium
ratione ejusdem et iusti dotalitij, dedit dotauit, dotalitiauit, et reform
mauit, prout dat, dotat, dotalitiat, et reformat, ac modo et iure re
formationis inscripsit presentibus. Per ipsam Dnam Susannam
Warszanicka, eiusq; Successores, summam prefatam octo millium flo:
renorum pecunia polonicalis, dotis, et aliam summam, octo millium
florenorum pecunia polonicalis, dotalitij nomine, modo premisso
presentibus sibi dotatam, inscriptam, et reformatam, dotem,
vna cum dotalitio, in vnam summam, sexdecim millium flo:
renorum polonicalium coniungendo, habendam, et modo ac iure
et iuxta ritum, aliarum reformationum ponendam. Hac
sua personali recognitione ad premissa mediante. Quam
nos ratam et gratam habentes ad acta presentia sustipi,
et ex eisdem authentice extradi mandauimus. In cuius rei
Idem &c. Actum et Dat Varsauie Sabbatho post Festum
Sancti Francisci Confessoris proximo Anno Dñi vt supra.

Rõlo ciusdem

Generosi Warszanicki

consortes mutuam à Deitatem Rē
si visuri erunt.

Sigismundus ꝑ Scamus ꝑ Quod postea quam die hodi
v.p. erna Ioannem Jacobum Maximilianum Gredo, Secretarium
nrum ad petitionem Ioāis Zuzannæ de Czosnow, Ioānis Nicolai
Warszawicki, Coniugis relicte in lecto egritudinis decumbentis
inhærendo legibus Regni deputassemus. Is idem Ioānes Secreta
rius noster, cedens et coram deputationis cedens recognouit
et ad Acta Cancellarie nre retulit, ipsam quidem licet corpore infir
mam, mente tamen sanam, prenominatum Ioannem Nicolaum War
szawicki mentum ipsius mente et corpore sanum, à terris Dębus Pala
tinatibus, foro, iure, iurisdictione sua quauis propria et competen cedēn
hucusque autem nre quoad autem præsentem spectat, se cum Successoribus
ac bonis suis omnibus incorporan et subjecien, palàm liberè, expres:
risq recognouisse verbis. Quia omnium bonorum suorum hæredi
tariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, qua nunc
habent, et in post habebunt, summarumq quarumuis
pecuniarium, nec non auri, argenti, clenodiorum, pe
corum, pecudum, equirea, et id genus aliorum inuicem et
mutuo, concesserunt sibi usumfructum ad tempora vita.
Tali videlicet modo, quodsi prefatum Ioannem Nico:
laum Warszawicki prius quàm memoratam Generosam
Zuzannam de Czosnow, Consortem ipsius mori contigerit

certare ipsa memorata Ursula Zuzanna Warszawicka
bona omnia tàm mobilia, quàm immobilia prædicti Ferén
si Warszawicki, mariti sui, obtinebit, et possidebit, cum omni
ure, dominio, et proprietate, nihil excipiendo, illisq; &
fruetur, ad tempora dumtaxat vitæ suæ. Postmodu
verò, prædicta Ferencza de Czosnowo Warszawicka,
bona prafata, tàm mobilia, quàm immobilia totaliter
plenò iure, ad Successores prædicti Ferenczi Warszawicki
deducentur, nre quouis impedimento et contradictione
Successorum, prafata Ursula Warszawicka. Et
similiter si contigerit, prædictam Ursulam Zuzannam
Warszawicka prius mori, quàm ipsum Warszawicki,
et tunc prafatus Ursus Warszawicki, bona omnia
tàm mobilia quàm immobilia prafata Consortis sua
obtinebit, et possidebit, cum omni iure, dominio, et proprie
tate, et omnibus eorund cum bonorum pertinentijs, illisq;
fruetur, ad tempora vitæ dumtaxat sua. Postmo
dum verò prædicti Warszawicki, bona prafata quæ
cunq; ipsam Consortem ipsius concernebant, ad successores
vitæ Warszawicka totaliter devolventur. nrè quouis
impedimento, et contradictione Successorum prafat Fe
renczi Nicolai Warszawicki. Hæc sua personali præ
sentione ad promissa mediante. Quam nos cat an
et gratam habentes ad acta presentia susipi, et ex

eosdem extradi mandauimus. In cuius rei fidem præsentes
Actum et Datum Varsauiæ Sabbatho post Festum
Sancti Francisci Confessoris proximo Anno Dñi M.D
LXVIII Regnor.ᵗʳ &c. Relatio et supra.

Exori Czosnowscij sortes in Villa Wyrzoza
Patribus Societ. Jesu Collegij Pultu-
uien. donant.

Ex. Sigismundus &c. Significamus &c. Comparentes perso-
naliter coram Actis Cancellariæ nostræ Maioris, Fere-
cosi Nicolaus et Thomas, de Czosnowo Czosnowscy,
olim Fereconi Andreæ Czosnowski, Tribuni Lituan-
ici Ily sapientiæ et corpore existentes, à Terris Di-
strictibus, Palatinatibus, foro, iure, iurisdictione sua
quauis propria et competenti cedendo, huic Literæ
nostræ, quoad actum presentem sese cum Successoribus
ac bonis suis omnibus incorporando et subjiciendo pa-
cta libere expressis recognouerunt verbis, et quilibet
eorum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi bona sua
hereditaria, seu sortes in Villa Wyrzoza, ipsos iure
hereditario, seu alio quouis iure et titulo concernentes
tum et alios quosuis fundos, in Districtu Ostrouiensi

post olim Christophorum Rozmozrki patruũ suum se concer
nentes, cum omni iure, dominio, et proprietate, titulo hæredi
tario, nec non cum omnibus eorundem bonorum curiis, areis
ædificijs, prædijs, ortis fructibus, prouentibus, subditis,
colonis, hortulanis, inquilinis, eorumq; censibus, laboribus
syluis, horris, gayjs, cubetis, tabernis, molendino fluuijs
riuis, stagnis, piscinis, agris, pratis, campis, attinentijs,
pertinentijs, emolumentisq; in genere vniuersis, ita latè
longè circumferentialiterq; prout eadem bona ex antiquo
et suis metis, et limitibus continentur, et sunt distincta
ta, ita ex nunc Venerabili Patri Simoni Vgniewsky,
Societatis Jesu Presbitero, protunc Collegij Pultouien
sis Patrem Societatis JESV Rectori, totiq; Collegio
Pultouiensi, Societatis Jesu dant donant, cesignant,
titulo pure, et irreuocabilis donationis inscribunt, tra
ut præsentibus dederunt donauerunt, cesignauerunt
titulo pure, et irreuocabilis donationis, inscripserunt
perpetuo et in æuum, omneq; et integrum ius suum
dicta bona, seu sortes sibi seruatis in dictum Pa.
trem Rectorem, totumq; Collegium Pultouiense Socie
tatis Jesu, transferunt et transfundunt, nihil eius de
iuris sibi, Successoribusq; suis, aut cuipiam alteri

reseruando, bona q̃ pcedicta per eundem Venerabilem
Patrem Simonem Vgniewski, Rectorem totumq̃ Collegium Pultouien Societatis Jesu, rerem, habend, possiden
dan donan, alienan, ad eorumq̃ suos suorumq̃ Successores
quem beneplacitos, pleno iure conuertenda. Jamq ex
nunc, eidem recognoscentes, dant et demittunt pre dicto
Patri Rectori, eiusq̃ Collegio, liberam intromissionem
et bona pcedicta officiose per Ministerialem Regni
Generalem, et duos nobiles acceptandam. Et debent
teneburturq̃ eundem Venerabilem Patrem Rectorem Colle
gij Pultouiensis ab omnibus impedimentis quibuscunq̃
quarumcunq̃ personarum, nec non ab omnibus iuribus
inscriptionibus quibusuis, et processibus ex ea, et per
sona tantum sua, bona seu sortes prefatas officientia
tueri, cuitere, intercedere, per omnes pcedescriptiones Ter
restres sub damnis Terrestribus, perdictum Patrem
Rectorem, vel Successores prius simplici verbo absq;
iuramento corporali, taxandis, in defectu satisfactio
nis inscriptioni presenti, ad soluendum succumbendo
Pro quibus pcdicti recognoscentes citati ad instan
tiam Patrum Societatis Jesu, coram officio Castrensi Var
sauiensi, peremptorie respondere tenebuntur. Primum
terminum, et alios omnes dilationibus, generaliter

omnibus evasionibus, appellonibus, et earum prosequutionibus
impedimentis legalibus, alijsq; universis iuris beneficijs, et
defensis non diferendo, imò eisdem renunciando, ac inseri:
ptioni presenti, vadrò soluto quotès opus fuerit, ei toto sa:
tisfacere se et eam posteritatem obligando et onerando. Hac
sua personali recognitione ad premissa mediante. Quam
nos ratam et gratam habentes, ad acta presentia suscipi,
et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c.
Actem et Dat Varsauiæ Feriâ Secundâ post Festum
Sancti Francisci Confessoris proxima. Anno Dñi MDC
XXVIII Regnor[um] &c. Regis eiusd[em] vt supra.

Ignosus Kosnowski debitum mille
florenorum polon[icalibus] solucionis
Iohannes Pultowicz manubit.

Sigismundus &c Significamus &c. Comparens
personaliter coram Actis Cancellariæ nrâ Maioris
Terrarum Hieronymus Kosnowski, olim Dñi Andreæ
Kosnowski Tribuni Lucensis filius, sanus mente et
corpore exns, à terris Districtibus, Palatinatibus, foro, iure

iurisdictionesq; sua quauis propria et competenti cedendo,
huic autem vrae, quoad debitum presentem spectat, se cum suc-
cessoribus, et bonis suis omnibus incorporando, et subjiciendo pala-
liberè expressisq; recognouit verbis. Quia ipse Venerabili
Patri Simoni Vgniewski, Societatis Jesu Presbytero, Colle-
gij Pultouiensis Rectori, ipsiq; Collegio Pultouiensi Patrum
Societatis Jesu teneretur ac debet, seu, certi, liquidiq; debiti
summam mille florenorum Polonicalium, moneta et numeri
in Regno currentis, quam quidem summam tantem
in sorte sua Villa Wysocza, se iure naturalis successio-
nis, post olim Venerosum Christophorum Cosnowski Pa-
truum suum, se concernente, inscribit et obligat, seseq; cum
Successoribus subtilit, de eadem tantum sorte sua in bo-
nis Villa Wisocza, eandem summam, hinc ab annis
quinq; pro festo Sancti Francisci Confessoris persolue-
os, et ad acta Castrensia Varsauiensia reponere,
cumq; non effugiendo nec arestare. Idq;
sub pacto similis summa, aliorum mille florenor
cum Polonicalium. Pro quo cum suis Succes-
sibus citatus coram officio Castrensi Varsauiensi ferem
ptorie respondere tenebitur. Primum terminum citatio
omnes dilationibus generaliter omnibus, cuasionibus, appella-

tionibus

tionibus, motionibus, earum q̃ prosequutionibus aliisq̃
quibuscunq; viris beneficijs et defensis non differendo, imo eisdē
omnibus in toto renunciando, ac cuiuscunq; exceptionis p̃sentium
busq; cuius contentis, quodcunq; solucio, quotiens opus fuerit
satisfacere p̃ et suam posteritatem obligando et one-
rando. Hac sua personali recognitione ad p̃missa
mediante. Quam nos ratam et gratam habentes ad
acta presentia suscipi, et eiusdem extradi mandui
mus. In cuius rei fidem &c. Actum et Dat Parisi
us Jenā secunda post festum Sancti Francisci
Confessoris proxima Anno Dñi M CCC XVIIIe
Regnorum &c.

Relatio ut supra.

Nobilis Waxman certis bonis La
tibus Sancti Dominici Gra
uis cedit.

Sigismundus &c Significamus &c Comparens v.g.
personaliter coram Acris Cancellario nostro Maioris
Nobilis Joannes Waxman Scriptor noster, sanus
mente et corpore existens, cedendo à terris, Dictibus,

Palacinatibus, foro, iure, ꝯ̃risdictione ꝯ̃ sua quauis propria
et competenti, hunc autem nostre, quoad actum p̃sentem
spectat, sese cum successoribus ac bonis suis omnibus incor
porando et subijciendo, p̃dam̃ liberè, expressis ꝯ̃cognouit
verbis. Quâ ipse, de omni et integro iure suo ad bona
omnia mobilia et immobilia, sukmasq́ pecuniarias, ubi
cunq́ locorum Cracouia et alibi existentes, post mortem
Jmarolim Valentini Sobol, Cantrifusoris, certis ex causis, ad
fiscum nostrum deuolutas, et sibi ꝯ̃cognoscenti, gratiosè
collata, eâm ex nunc, Religioso Thome Rozanski Sa
Theologie Doctori, Conuentus Cracouiensis ad Corpus
Sanctissime Trinitatis, Ordinis S. Dominici Priori, totiq́
diet^m Patrem Ordinis S. Dominici Conuentui Cracouien
cedit et abscedit, et condescendit, eidemq́ bona ubi nodo
p̃missa seruientia, dat, et donat, ꝯ̃signat, prout
p̃sentibus dedit donauit et ꝯ̃signauit. Nihil
amplius uris, in eisdem bonis prose, suisq́ successoribus
ꝯ̃seruando, sed omne in eosdem Patres transferendo et
transfundendo. Hac sua personali ꝯ̃cognitione ad pre
missa mediante. Quam nos eatam et gratam haben
tes ad acta p̃sentia suscipi et ex eisdem extra di
mandauimus. In cuius rei fidem & Actum

et Datum Varsauiæ Feriâ Quinta post Festum
Sancti Lucæ Evangelistæ proxima Anno Dñi
MDLXXXIX Regnorum nrorum &.

Relatio ut supra.

Nos Jacobus Maximilianus Zedr.
Dapifer Leopolien. interessam cd Spthi
Wegrzynowska robrat.

Sigismundus &. Significamus &. Comparentes per v. u.
sonaliter coram aut is Cancellaria nostra Maioris Fene
comes Jacobus Maximilianus de Plerzowice Zedro
Dapifer Leopoliensis ab una, et Spectabilis Zacharia
as Wegrzynowski Castel. Cracoviensis partibus ab
altera sani mente et corpore existentes, à terris, distri-
ctibus, Palatinatibus, foro, iure, iurisdictione q̃ suâ
propria et competenti recedendo, huic autem nostræ
quod actum præsentem spectat esse cum subscribus
ac bonis suis omnibus incorporando et subiiciendo
palam liberè expressq̃ recognoverunt verbis, et quilibet
eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi inter eisdem
seu Contractum certum inter se, ratione quarumcunq̃
et conditionum in eo contentarum hic Varsauiæ die hodierna

conscriptem, manibusq; suis propriis subscriptem et Sigillo
communitum, in omnibus eiusdem interesse seu Contrahentes
punctis, approbare confirmare, et ratificare, seseq; debi-
nis suis omnibus, nemineq; penenatijs, suis cum successo
ribus inscribere, et obligare eundem contractum tam
in toto, quàm in quadis minimâ parte, firmiter tenere
et inviolabiliter observare. sub vadis mille florenorum
polonicalium, moneta et numeri in Regno currentis, per
partem contravenientem, parti promissa tenenti ratione
cuiuslibet conditionis ad soluendum succumbendo. Pro
quo vadio, ac conditione qualibet Contractus eiusdem
non completa, citra existens pars ora, ad instantiam
partis alterius, extunc recepta subscripto mediante
coram officio Castrensi Varsaviensi peremptorie exponde
re rerebitur. Primum terminum et alios omnes dilatio-
bus generaliter omnibus, evasionibus, appellationibus
motionibus, earumq; prosequutionibus, alijsq; nouerbis
iuris beneficijs et defensis non differendo, imò eisdem
omnibus in toto renunciando, ac Contractui presenti
omnibusq; eius contentis, vadio soluto, quoties opus fuerit
satisfacere, se eo suam personam obligando et onerando
do Hac ma personali recognitione ad premissa medi
ante. Quam nos ratam et gratam habentes ad actu

presentia fusci fr. et ex eisd.m authentice extradi manda
uimus. In cuius rei fidem &c. Actum et Datum
Varsauie feria Sexta pro Festum Sancti Luce Euan
gelistè proxima Anno Dñi M.D.C.XXVII°
Regnorum &c. Relatio ut supra.

Honestus Sobek Incol.a Lagorka de uice
Sko super Summam Mille Florenorum polo=
calium ni mediomanso pdcte Ville Lag.
ga edit.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod coram &c.
ut is Cancellariâ nostrâ Maioris, personaliter comparens
Honestus Joannes, filius olim Sebastiani Sobek, siue Sob
kowicz de Praga terre et Districtus Varsouiensis, sanus
mente, corpore q existens, à iurisdictione suâ quamis pro.
pria, et foro sibi competenti, cedendo, presenti vero iu.
risdictioni nostrâ, se, cum bonis, et Successoribus suis
quoad infrascripta recognoscenda duntaxat attinet, in
corporan, et subjiciendo, publicè liberè, expressis q recogno
uit verbis. Quòd ipse Generoso Joanni Lagorka, Vicè
Capitaneo Castrensi Varsauiensi, et ipsius successoribus
legitimis, ian ex nunc omne et integrum ius suum, sibi
recognoscend, per olim Prosum Stanislaum Smieczin sky

Notarium Terrestrem Varsauiensem, supersummam mille florenorum polonicalium, in medijs marso agri, seu terreta certa sub granicie bonorum Praga iacen(s) siue alias prope villam Praga, in hereditate bonorum Volendzinowskie prout in se habetur, modo obligatorio Acts Varsauien inscripteum, recognitum, aliàs prout hoc idem in eis obligatorium latius caut, accepta sufficienti satisfactione pro premissis, vnà cum omnibus in eisdem, siue inscriptionis obligatorie ligamentis, vadijs, paratisq; intromissione et possione bonorum, et omnibus contentis, committit demittit, premissaq; hec omnia in personam ipsius Generosi Vice Capitanei Varsouiensis, ac illius posterorum, transfundit. Realem iam exnunc intromissionem, cum actuali et pacifica possione, officioue per Ministeriales et Nobiles, presentibus deputandos, (dum et quando idem Generosus Vice Capitaneus Varsauiensis cum sua posteritate voluerit) acceptandam, eidem Generoso Vice Capitaneo eiusq; Successoribus, libere tando et admittendo. Hac tua presenti personali recognitione in premissis omnibus mediante et accedente. Quam quidem recognitionem, nos ratam et gratam habentes eandem ad acta Cancellarie nre Maioris, suscipi et ex eisdem alienari extradi mandauimus. In cuius rei fidem &

Actum et Datum Varsauiæ Feria tertia ante Festum
Sanctæ Catherinæ Virginis Proxima Anno Domini
M D C X X VIII Regnor. &c. Relatis vt supra.

Nobilis Waxman Seruitor Denario
cum Talerorum Libris suis edit.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens v.p.
personaliter, coram nobis Cancellaria nostra Maioris
Nobilis Joannes Waxman Seruitor noster sanus mente
et corpore existens, à Terris, Districtibus, Palatinatibus,
Foro, iure, ac Iurisdictione sua quauis probria et competenti
recedendo, huic autem nostræ, quod actum præsentem
spectat, sese, cum Successoribus ac bonis suis omnibus in
corporando et subijciendo, palam, publice, liberè expressisq;
recognouit verbis. Quia ipse inhæren, binis literis ser
vitiis Consensus nostri Regij infrascripta ibi benignè conces:
sis, omni et integro iure suo, quod sibi super pensionem
Ducentorum Thalerorum, quemlibet Thalerum tri:
genta sex grossis computan, singulis nimirum Quarta
libus, florenos Rexagenta seruien, in thelonijs Le
gni, in personas Nobilium Comitis et Aratyn cti

Waxman now filiorum suorum, assit et condescendit p̄ ea-
scriptus q̄ literis cedit, et condescendit. Ita vt p̄fatus
Petronis medietatem, memoratus Nobilis Casimirus
Waxman, pro duobus Quartualibus Cinerum vet, et
Sanct^mo Trinitatis, recensitus verò Nobilis Kacu-
cius Waxman, pro duobus iidem Quartualibus Cine-
sicliet, et Lutea, tollant et percipiant, ad certa sed ten
pora. Nihil iuris dominij et proprietatis, memoratus
Nobilis Joannes Waxman, prose, aut quouis alio re-
seruando. Hac sua personali recognitione d̄c p̄se-
nissa mediante. Quam nos ratam et gratam habentes
ad acta presentia suscipi, et ex ijdem extradi manda
uimus. In cuius rei fidem &c. Actum et Datum
Varsauiæ Feria Quarta in Vigilia Sancti Andreæ
Apostoli, Anno Dñi MDCXXVIII Regno
rum nostrum &c.

Relatio eiusd.

Idem Petronem Ducentorum flo-
renorum Polon. Joanni filio suo
dedit.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens per
v.p. sonaliter, coram Actis Cancellaria nostra Maioris

Nihil

Nobilis Joannes Waxman Scrutor noster sanus mente
et corpore existens, à terris, Districtibus, Palatinatibus, suo
iure iurisdictione q̃ suâ quauis propria et competenti cede:
endo, huic autem nostrâ, quoad autum p̃sentem spe:
ctat, sese cum Successoribus, ac bonis suis omnibus incor:
porando, et subjiendo, palàm, publicè, libere, expressq̃
recognouit verbis. Quia ipse inhaerendo literis Consen
sus nostri, ad infrascripta sibi benignè concessi, omni
et integro iure suo quod ipsi super Pensionem entra
Amstelodam, inter onera in prouentibus Theloneorum
Regni, nimirum Ducentos florenos Polonicales, pro
quolibet quartali, per florenos Quinquaginta com
putan̄ seruicn̄ in personam Nobilis Joannis Waxman
filij sui, cessit, et condescendit, p̃sentibusq̃ cedit, et con
descendit. Nihil iuris, dominij, et proprietatis, pro se,
aut quopiam, alio reseruando. Hac sua personali cessio
ne ad premissa mediante. Quam nos gratam et
gratam habentes, ad acta p̃sentia suscipi, et ex
idem extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c.
Actum et Datum Varsauiae Feria Quarta in
Vigilia Festi Sancti Andreae Apostoli Anno
Dñi M DCXXVII Regnor[um] &c. Relatio cius.

Spectabilis Baryczka
Proconsul Varsaviensis

v.p. Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum ad Supplicationem Spectabilis ac Famati Stanislai Baryczka Proconsulis Civitatis nostrae Antiquae Varsaviae in Lapidea sua, in Circulo Varsaviensi sita, decumbentis, Generosum Christopherum Lode, Notarium Terrestrem Vendrosem, ac Secretarium nostrum, ad excipiendum ab eodem Proconsule, certam Recognitionem seu Plenipotentiam, pro Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni Petricoviensis, secundum, ex benignitate nostra Regia Deputassemus, et ad praefatam Lapideam misissemus, is dem Generosus Deputatus noster, Cahorem deputationis sua reddens palàm et publicè retulit: dictum Spectabilem Stanislaum Baryczka, Proconsulem Varsaviensem in lapidea sua in circulo Varsaviensi sita decumbentem corpore quidem aegrum mentis tamen compotem, et Cahormis, recedendo à foro, jure, jurisdictionibusq; quibusuis prijs et competentibus, huic autem nostrae, quoad actum praesentem attinet, sese cum Successoribus suis subjicien

et incorporando, coram se deputato, die hodierna liberè
et benevolè recognouisse. Quia ipse Fedorosum Ada-
mum Zydowski, in suum verum et legitimum Plenipo
tentem, ac mandatarium, in omnibus et singulis causis
et actionibus suis tibi in Judicijs prafatis Ordinarijs
Generalibus Tribunalis Regni Petricouien, cum qui-
buscunq; personis, et occasione quarumcunq; rerum, tàm
ex actoratu, quàm et reatu, suis, interuenè, fieri, consti
tuit, et ordinauit, prout constituit et ordinat per praesen
tes, cum plenaria, et omnimoda potestate, et facultate
alium vel alios loco sui Plenipotentem, vel Plenipoten
tes, prout causa exigentia postulauerit, substituendi,
vel substitutos revocandi. Promittens quicquid ab eo
dem Fedoroso Adamo Zydorski Plenipotente suo
in praemissis actum, gestumve fuerit, id omne pro rato
et grato suscepturum. Hac sua personali recognitione
in praemissis mediante. Quam quidem Fedosi Acpeta
ti nostri fidelem relationem, et suprascripti Spectabilis
Prowonsulis recognitionem, Acts Cancellariè nostrae
Maioris in tenibi, et authenticum eiusdem rescriptum
extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum et
Dat Varsauiè Feriâ Quinta in Vigilia Conceptionis Bea
tissimae Mariae Virginis Anno Dñi MDCxxii
Regnor &c. &c.

Relatio eiusdem.

Finis Anni 1622.

INCIPIT ANNVS DNI
MDCxxix.

INSCRIPTIONVM.

38

Leonus Opacki Vexillifer Cur.

Sanien Intercisam cum Petro Swistschowsky Ebonat.

Segismundus iii Dei gratiâ Rex Poloniæ Ma v. v.
gnus Dux Liſuâ Rex Prussiæ Masouiæ Samogi
Liuoq; necnon Succorum Gothorum Vandalorumq; Rex
Significamus præsentibus literis nostris quorum interest
Vniuersis et singulis. Comparentes personaliter coram
Aciis Cancellariæ nostræ Maioris Generosus Albertus
Opacki Vexillifer. Terræ Versauiensis ex vna, et Nobi
lis Petrus Swistschowsky, partibus ex altera, sani mentis
et corpore existentes, à terris, Districtibus, Palatinatibus
foro, iure, iurisdictionej, suâ quamis propriâ et competenti
recedendo, huic autem nostræ, quoad vtrum præsentem
spectat, se cum Successoribus, ac bonis suis vniuer
sorundo, et subijciendo, palàm, liberè, expressè recogno
uerunt verbis, et quilibet eorum suo pro interesse recogno
uit. Quia ipsi intercisam seu Contractum certum, inter se
recognoscentes, ratione certarum rerum, et negotiorum
de Data Versauiæ diei hodiernæ, conscriptum, manuſ
ibrius quidem Leonis Vexilliferi propria, nomine vero

predict Petr Szytowhorski, ok scriptionis ignari per Nobi-
lem Fabianum Padrozski, pro amici officio Cogatem reperiss
in omnibus eiusdem interesse puncti, clausulis articulis et con
ditionibus approbant, confirmant, et ratificant, seseq de bonis
suis omnibus, suis cum successoribus reseruant, eidem contra
chei, tam in toto quam in quavis minima parte, satisfacere
sub vadio quing millium florenorum Polonicalium, Pro
quo pars ona de instantia alterius citata, coram officio
Castrensi Pernauiensi, vel Liuensi peremptorie respondere
teneb'itur. Primum termium et alios omnes dilationibus
generaliter omnibus, euasionibus, appellationibus, et earum
prosequutionibus, legalibus impedimentis, alijsq vniuersis
iuris beneficijs et defensis non differendo, imo eisdem re
nunciando, ac interuia proscriptionis cuiusq contractus quoties
opus fuerit satisfacere, se obligando et onerando. Hac sua
personali recognitione ad premissa mediante. Quam nos
citam et gratam habentes, ad acta presentia suscipi
et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei fidem &
Actum et Datum Pernauia feria Quarta post festum
Sancte Dorothee Virginis et Martyris proxime.
Anno Dñi M.D.xxix Regnorum nostrorum
Poloniae xxxx Sueciae vero xxxvi Anno

Relatio Rdi in Chro Patris Dñi
Jacobi Zadzik Dei gra Episcopi Cu
mensis et Pomesa Regni Poloniae
Supremi Cancellarij

Rndus Dnus Andreas Lipski Epus
Vladislau Catrum Choz cum Oppido et Villis
eccla in Choz Propto eius misericordiæ Beatæ
Mariam Virginem Mariam instituendo.

Sigismundus &c Significamus & Comparens personali
ter coram Actis Cancellaria nostra Maioris, Reuerendus
in Chro Pater, Dnus Andreas Lipski à Lipe, ex stemmate
Trabe, Dei gratia Episcopus Vladislauiensis et Pomera
nie, Oppidi Choz, terre et Districtus Calisiensis hares
sanus mente et corpore existens, à terris Dubrichius et Pa
latinatibus, foro, ac iurisdictionibus suis, propriis et competen
tibus recedendo, et presenti iurisdictioni nostre, Actus
inscriptionis p̃ascitis respectu, totaliter sese incorporando
et subijciendo, animo bene deliberato, palam, publice libe:
req̃ renunciauit, et per expressum fatetur est. Quod in ani
mo suo reuoluens, bonitatis diuine maxima beneficia,
tam ea, quæ ipsi cum alijs hominibus sunt communia,
quam ea, quibus peculiari ratione, pre alijs, à Deo pre
potente, benefactore suo maximo, ornatus est, et pro illis
Maiestati eius Diuine, humillimas referre cupiens
gratias, in eam deuenit cogitationem, atq̃ eam propa:
gandi in hac militante Ecclesia, diuini cultus, et gloria

Ex.

Cathoreim iniuit, vt primum ad maiorem Dei gloriam
et honorem, Collegiam Collegiatam, sub titulo et patrocinio
Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, in dicto Oppido
Chocz, seu potius in Castro eiusdem Oppidi, à fundamen
tis muratam, ædificaret, et constitueret, ac eam regen
dam, et administrandam, Præpositum ex familiaribus Lipsi
ana, stemmatis Trabie, in perpetuum præficeret, atq;
Vicarios seu Mansionarios, ad decantandas in eadem
Collegiata Diuinas laudes, cum assignata eis prouisione
sufficienti fundaret. Quam suam voluntatem, et pi
um propositum, pro modulo suo, adimplere satagens, hoc
idem Castrum Chocz, vnâ cum Oppido eidem adiacente
et Villis ad hoc Castrum pertinentibus, videlicet, Gulinie,
Muzylenko, Brudzisko, vnâ cum Mineris ferrarijs, in
eodem fundo existentibus, Jankowo, in Diœcesi Gnesnensi
Districtu vero Calissiensi, ac præterea alias suas Villas
hereditarias, Krzykowicze, et Burdaki, in Palatinatu
Lanciciensi consistentes, pro re Mansionariorum, vel
prout decebitur, pleno iure, proprietatis, et Dominij, ad se
spectan, vnâ cum juribus, Patronatus eidem Collegiatæ
et Præposito Lipsiano nuncupato, in dicto Castro Chocz
fundan, et erigen, ad favorem hæredum suorum, et deser
endum de lumbis, genus ac familiæ Lipsiana, certis
legibus, et conditionibus, qua in speciali et originali ipsius

Præpositure ordinatione, et erectione continebuntur, pro
dote eidem Collegiæ, atq; Præpositure subscriptæ, ani
mo diu deliberato, in Dei nomine, omni quo potest melio
ri modo, et iure inscripsit, et præsenti sui cognitione in
scribit, omnia cum præfati Castri, ac Oppidi ac Villarum
præscriptarum prædijs, oppidanis, colonis, hortulanis, sub
ditis, agris, campis, pratis, molendinis, nemoribus ferarijs
sylvis, bosris, nemoribus, stagnis, fluuijs, aquarum de
cursibus, pascuis, ac quibuscunq; dicti Castri, et præscripta
cum Villarum pertinentijs, ac Iurisdictionibus, ita late
longè, circumferentialiterq;, prout prædictorum bonorum
hæreditas, se, ex suis metis, et limitibus extendit, et est
ab antiquo distincta, et prout eadem ipsemet recogno
scens, tenuit, habuit, et possedit, tenereq; habere et possi
dere potuit, iam ex nunc eidem terreq; Reginæ, Deiq;
Mariæ Virgini, ea omnia humillimè devovens, eamq;
in dicta hæreditate sua, hæredem et Dominam constituendo. Huius autem donationis seu fundationis sua,
ad acta præscripta Cancellariæ nostræ, per ipsum recogni
ta, et insinuata, iam ex nunc eadem, et actualem, per-
petuamq; possessionem et intromissionem dicta Collegij seu
Præpositure apprehendens, iuxta formam cuius Mis
sterialis, et Bullibus ad acceptandam eam designatis

dat tradit et admittit. Quæ quidem omnia et singula
quo firmiora persistant, præsentem donationem de facta
præsentia inscribi curavit. hac suâ personali compariti one
et donatione ad præmissa mediante. Quam nos eatam
et gratam habentes, ad acta præsentia fieri, et ex eis
dem extradi mandavimus. In cuius rei fidem &c Actum
et Datum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sanctæ
Dorotheæ Virginis et Martyris proximo. Anno
Dñi MDCXXIX Regnor.m &

Relatis ut supra.

Rondus Dñus Andreas Lipski Vollan
Niniewo Præpositura in Rocz-mirowbit Bea.tæ
Mariam Virginem et Dramowitsh
Archidiaconatus.

Ex. Sigismundus &c Significamus &c Comparens
personaliter coram Actis Cancellariæ nostræ Majoris
Reverendus in Christo Pater Dñus Andreas Lipski
à Lipe, ex Leemmate Grabie, Dei gratiâ Episcopus
Wladislaviensis et Pomeraniæ, Oppidi Choez terræ et
Districtus Calissiensis hæres, sanus mente et corpore exi
stens, à terris, Districtibus, et Palatinatibus, tam ac
cum ducionibus suis propriis, et competentibus credendo

et præsenti iurisdictioni nostræ, actus inscriptionis præsentis respectu, totaliter sese incorporando, animo bene deliberato, publicè, liberè, recognouit, et per expressum fatetur est. Quod in animo suo reuoluens, contentis diuinæ maximæ beneficiis, tam ea, quæ ipsi, cum aliis hominibus septimmunia, quam ea, quibus peculiari ratione, præ aliis à Deo præpotente, benefactore suo maximo, gratus est, et pro illis maiestati eius diuinæ, tum animas referre cupiens gratias, in eam deuenit cogitationem, atq; eam propagandi, in hac militante Ecclesiâ, diuini cultus et gloriæ rationem iniuit, et ninirum ad maiorem Dei gloriam, et honorem Ecclesiam Collegiatam, sub titulo et patrocinio Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, in oppido Choez, seu potius in area eiusd. Oppidi à fundamentis muratam ædificaret, et constitueret, ad eamq; regendam, et administrandam, Præpositum ex familiâ Lipsiana stemmatis Frabie, in perpetuum præficeret, atq; Vicarios seu Mansionarios ad decantandos, in eadem Collegiâ diuinas laudes, cum assignatâ eis prouisione sufficienti, fundaret. Quam suam voluntatem et propositum, pro modulo suo adimplere satagens, Villam Hinieno hereditariam, non non ibi pridem acquisitam, in Diœcesi Trenertij, et Districtu

Calixtj cxti cohistentem, pro ortu eiusdem Preponture
vel prout videbitur, pleno iure proprietatis, et Domin
ad se spectan, cnā cum iuribus Patronatus, eidem Cale
siæ et Preposito Lipsiano nuncupato, in dicto Castro
Chocz fundandum, et erigendum, ad favorem hoedum
suorum, et descendentium de lumbis gentis, et familie
Lipsiane, certis legibus et conditionibus, quæ in speciali
et originali ipius Prepositure ordinatione, et creatione
continebuntur, prodote eidem Ecclesiæ, cuj Prepositure
suprascripte, animo diu deliberato, in Dei nomine, omni
quo potest melioi modo, et iure inscripsit, et presenti mâ
recognitione inscribit, cnâ cum Villa eiusdm Kinicze
colonis, hortulanis, subditis, agris, campis, pratis, molen
dinis, sylvis, borris, nemoribus, stagnis, fluvijs, aquaru
decursibus, pascuis, ac quibusuis dicte Ville pertinentijs,
ac Jurisdictionibus, ita late longe circumferentialiter q
prout dicta Villa hæreditas, se in suis metis extendit, et
est ab antiquo distincta, et prout eandem ipsemet recog
noscens, tenuit habuit et possedit, tenereq habere, et pos
sidere potuit, eam ex nunc cali terreq Regine Sue
Marie Virgini, humillime devouen, eamq ipi dicte
hæreditate sua, hæredem et Dominam constituendo.
Harum autem donationis seu fundationis sue, ad Acta

presentia Cancellarie nostre per ipsum recognita, et
continuata, tam ex nunc, quam ex tunc, talem et tantam perpetuam
possessionem, et intromissionem, dicte Ecclesie seu Prepo
siture apprehendendam, iuxta formam iuris Ministe
riali, et Nobilibus ad acceptandam eandem, designatis
dat, cedit, et admittit. Que quidem omnia et singula
quo firmiora persistant, protestatem donationem, de qua
presentia insertis curauit. hac sua personali compa-
sitione et donatione de premissa mediante. Quam nos
catam et gratam habentes, de qua presentia suscipi,
et ex eisdem extradi mandamus. In cuius rei &c.

Actum et Dat Varsauie Sabbatho post Festum
Sancte Dorothee Virginis et Martyris proximo Anno
Dñi MDCXXIX Regnor[um] &c.

Relatio eiusd

Ensis Stadnicki bona certa m Dicta Ra
abrzienski et Ozobien Ensi Cracziewska
Sorori Ro donat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens personaliter, coram nobis Cancellaria nostra Maioris, Ensis Stanislaus de Dmigrod Stadnicki, olim Generosi Stanislai Capreanci Zyulterensis filius, sanus mente et corpore existens, post adiudicationem sibi a nobis annorum &c.

legitima etatis, et discretionis, à terris Districtibus, Palatinatibus, foro, iure, iurisdictione q sua quauis propria et con
petenti cedendo, huic autem nostre, quod dictum præsentem spectat, se cum successoribus, ac bonis suis omnibus, incorporan
do, et subijciendo, palàm, liberè, publicè, ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua omnia in Silesia existen
tia, vzt Villas Ziemcice Pzeschlebie, Zyrnicki Zole
ice in Ducatu Racibornensi et Opolien si, nec non domum
et præsidium in Oppido Racibor, cum curijs, areis, ædifi
cijs, præsijs, cmeteriis, colonis hortulanis, aquis, pra
tis, pascuis, syluis, gajjs, nemoribus, stagnis, piscinis,
aquarum decursibus, tabernis, molendinis, omnibusq
in genere, et singulis in specie attinentijs et pertinentijs
vniuersisq commodis, fructibus, vtilitatibus, emolumen
tis, reddibus, prouentibus, cumq omni iure, dominio, et
proprietate, vta latè longè, circumferentialiterq prout
se in suis metis, et limitibus extendunt, et sunt distri
mitata, et prout eadem antecessores ipsius, et ipse per
tutores suos, tenuit, habuit, et possedit, tenereq habere
et possidere potuit. Iam ex nunc Generosa Juliana
de Zmigrod Consorti legitimæ Generosi Petri Cicipzeski
sorori verò sua germanæ, et cuius legitimis successoribus
dedit, donauit inscripsit, et resignauit, prout præsentibus

dat donat inscribit et assignat, mera, pura, et irrevoca
bili donatione temporibus perpetuis et in aeuum, omne q
et integrum ius suum, ad dicta bona sibi seruiens in eam
dem Generosam Cieszyńska, eiusq posteros trans funden
do, nihilq eiusdem iuris sibi successoribusq suis, aut
cuipiam alij reseruando, bona prædicta, per eandem
Generosam Cieszyńską, et eius posteros, tenere habere
possidere danda, donanda, alienanda, ad eorumq suos
eorumq Successorum quosuis beneplacitos conuertere
Iamq ipsis et nunc idem recognoscens intromissionem eedem
cum actuali et pacifica possione, prædicta Generosa Soo
ci sua dat, et admittit in bona præfata secundum iura
et consuetudines Ducatus Silesiæ acceptandam, can
demq datam et admissam, nec per se, nec per aliumquem
piam impedire, aut denegare. Imò ab omnibus iuribus
oneribus, inscriptionibus quibusuis, tùm et citationibus
ædictationibus, contradictionibus, lueris, soluendis, protesti
bus, quibusuis iudiciarijs, alijsq impedimentis omni
bus iuridicis stante hac et personis incolarum Regni huius bona præfata
affines eandem Generosam Felicianam de Zmigrod
Cieszyńską eiusq posteros, idem Dominus Stanislaus
Stadnicki, de bonis suis generaliter omnibus, sum
missq pecuniarijs quibusuis, ad præsens habitis et ha

posterum habeñdis ꝯsentibit se et obligat, per et obra
omnes prescriptiones Terestres, tueri, tuitere, et uitere
dere, bonaq; ꝑdicta semper munda et libera reddere, Dona
tionemq; eandem, prout se debitis suis omnibus, cum pacto
cibus suis inscribit, et submittit, bonorum ꝑfatorum
ex Ducatu Silesiæ fro more et usu terrenbo ciusdem Duca
tus, coraꝫ actis legitimis recognoscere, aut eandem ad
praesens recognitam, approbare confirmare, et ratificare,
infra decursum dimidij anni. Idq; sub damnis terrestri
bus, absq; corporali iuramento, de simplicem verbi assertio
nem, taxañ et edicendis, per eundem Generosum Stani
slaum Stadnicki ciusq; posteros ipsi Generosæ Juliannæ
na Cieniszewska, et eius Successoribus legitimis in
defectu satisfactionis inscriptioni praesenti ad solven
dum succumbendo. Pro quibus quidem damnis Tertes
tibus et non satisfactionem in parte vel in toto in
scriptioni praesenti, idem recognoscens cum suis Suc
cessoribus, ad instantiam ꝑfatæ Generosæ Juliannæ
de Zmigrod Cieniszewska, et eius Successoribus, ex
tunc decreta suprascripto mediante, coraꝫ officio Castrensi
Premisliensi, in primo citationis termino tanquam pe
remptorio, stare, parere, et respondere, inscriptionique

præsenti in toto satisfacere teneb̃itur. Terminumq; ipsum
peremptorium, et alios omnes consequentes vero in termi-
te, dilatione pro maiori, ad cautelam, vel ad munimenta
quæuis exceptionibus non differendo, nullasq; alias
dilationes appellationes, et earum prosequutiones fa-
ciendo, verum inscriptioni præsenti, eiusq; contentis, damnis
pensionibus solutis, quoties opus fuerit satisfacere, se
et suam posteritatem obligando et onerando. Hac sua
personali recognitione ad præmissa mediante. Quam
nos eatam et gratam habentes ad acta præsentia de-
scripti, et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei
fidem &. Actum et Datum Parisiis Feria Tertia
ante Festum Sancti Valentini proxima Anno Dñi
M D C x x i x Regnorum &

Relatio ut supra.

Generosus Werda Capita-
neus Rouen debitum in-
Sargonsii. inscribi

Sigismundus &. Significamus & Comparens ss.
personaliter coram Actis Cancellariæ nostræ Maie-
tis Generosus Joannes Werda, Capitaneus Rouensis
et Aulicus noster, sanus mente et corpore existens

à cens, Districtibus Palatinatibus, fori, iure iurisdictione q;
sua quavis propria et competenti cedendo, huic autem mē
quoad actum presentem spectat, se cum Successoribus ac bonis
suis omnibus, incorporando et subjiciendo, palam publicè libe
rè, expressisq; recognouit verbis, Quia ipse Thom Andreæ
Pagowski, eiusq; legitimis Successoribus, teneretur ac debet
certi verè, et liquidi debiti, mutuatoq; pecuniæ summam
quinq; millium florenorum Polonicalium, monetæ et numeri
in Regno currentis, quemlibet florenum triginta grossis
polonicalibus computando. Quam quidem summam quinq;
millium, pronominatus recognoscens cum suis successoribus
dicto Generoso Pagowski de et super bonis suis omnibus
mobilibus et immobilibus, semmisq; quibuscunq;
rijs, in quocunq; Palatinatu et Districtu præsens ha
bitis, et in posterum habendis inscribit se et obligat, pro
duabus ratis, vnâ quidem pro Dominica quarta Qua
dragesima dict Lætare alteram verò pro Dominica
Oddutus Paschæ in anno præsenti millesimo Septingen
simo Vigesimo nono, realiter et in effectu persolvere, et
ad acta Prudentissima, iudicij Civilis reponere, et ef
linquere, relictaq; et reponenda, non effodere nec no
do quovis arestare, nec quovis prætexta aut colore

impedire, Sub ordio scitis summe quorij millium flo
renorum Polonicalium, ei casu non solutionis Principalis
debiti, pro rata supra assignatis, irremissibiliter dr soluen
dum succumbet. Pro quo quidem vadii, ac ipsa summa
essentiali, memoratus Generosus Capitaneus Nouensis
cum suis successoribus, ad instantiam creditoris sui, Dni
Andreae Pagowski, vel eius Successorum Citatus existens
successoresq eius Citati existentes, foro competenti cenun
cando, coram Iudicio nro Assessoriali, subscripto ce
ssu suo mediante, peremptorie respondere tenebitur, et sui
successores tenebuntur. Primum terminum et alios omnes
ade subsecutivos, dilationibus generaliter omnibus
exasionibus, motionibus, appellationibus, et earum
prosequutionibus, impedimentis legalibus, et alijs omni
bus iuris beneficijs et defensis, non differendo, imò eisd
cenunciando, ac inscriptioni presenti, vadio soluto, toties
